



Universitätsbibliothek Paderborn

Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et
Varietas Patitvr ...

Quas Prima Pars Et Prima Secundæ Divi Thomæ Complectvntvr -
Qvæstiones Insvper Ad Mores & praxim spectantes, quæ peculiarem cum
Scholasticis habent connexionem, declarantur

Carleton, Thomas Compton

Leodii, 1659

Sect. I. Sítne in Deo Desiderium, Odium, Fuga & Tristitia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13718

homicidii peccata de regno non perturbavit, sicut antea perturbaverat Saulem; cum denegat reprobis gloriam, hominesque in dies iuxta iniquitatum ab iis commissarum meritum non puniat, & id genus alia: haec, inquam, cum ex misericordia, vel justitia praeferet, & consequenter motivum aliquod habeat, negationes istas necessariò vult positivè; arguit siquidem tendentiam positivam, ut constat. Hinc tamen, ut dixi, perperam quis inferret, Deum non posse alter procedere, & circa res varias mere se habere negativè. Certè nihil video quod con-

trarium evincat.

Disputant hic aliqui de aequalitate & inaequalitate divinorum actuum; utrum nimurum ratione De aequalitate divi-
nostrâ, (realiter enim, ut sapè dictum est, omnia in Deo sunt idem) aliquis inter eos reperiatur ex-
norum a-
Eius dictum
et supra.
scientiâ Dei discussi, ubi ostendi inter diversos di-
vinæ cognitionis actus dari inaequalitatem, aliosque
aliis esse perfectiores. Idem proinde nunc dici debet de actibus voluntatis. Videatur sectio octava
hujus Disputationis.

DISPUTATIO XXVIII.

De affectibus Divine Voluntatis.

*Vnde dicim di-
versi animi
affectus, sex
Concupisci-
bilis, quin-
que irascibi-
lis.*

SANCTVS THOMAS 1. 2. quest. 23. ¶ 25. undecim diversos actus, seu affectus enumerat, sex ad partem, ut ita dicam, animi concupiscibilem spectantes, quinque ad irascibilem. Affectus prioris generis sunt Amor, Desiderium, Delectatio, quibus opponuntur Odium, Fuga, & Tristitia. Affectus vero posterioris generis, seu ad irascibilem spectantes, sunt Spes, Desperatio, Audacia, Timor, & Ira. Cum ergo de Amore & Delectatione, seu Gaudio egerimus, quo pacto in Deo tum respectu sui, tum creaturarum reperiantur, nunc de reliquis inquirendum, possint necne fine incommodo in Deo admitti.

SECTIO PRIMA.

Sintne in Deo Desiderium, Odium, Fuga, & Tristitia.

*L
Deus respe-
ctu boni pro-
prietatis non ha-
bet deside-
rium, nec
fugam con-
trarii.*



UOAD primum, certum est in Deo respectu boni proprii, & perfectionum intrinsecarum, non esse desiderium: hoc quippe est de bono non habito, seu absente; nihil autem à seipso abesse potest. Fugam etiam mali, huic bono oppositi habere similiter nequit, id enim malum ei accidere est impossibile.

*II.
Bonum ver-
nosteri habe-
re potest
Deus deside-
rium, & fu-
go oppositi.*

At circa bonum nostrum potest Deus habere desiderium; hic enim affectus, ut dixi, est appetitus boni nondum habiti, hujusmodi autem affectum habet Deus; quo sensu S. Chrysostomus Hom. 1. in Epist. ad Ephesios exponit verba illa Apostoli 1. ad Timoth. 2. Deus vult omnes homines salvos fieri. Ratio est: nam multa bona creata Deo absunt, utpote cui omnia ab aeterno, & modo etiam infinita non sunt praesentia, & ex iis varia per modum finis obtinere intendit, ergo in ea fertur vero affectus desiderii. Et idem est de fugâ mali nostri futuri, aut possibilis. Res verò præteritas, pro tempore quo sunt praterita, Deus non desiderat. Ita Suarez hic, lib. 3. de Attrib. positivis, cap. 7. num. 4. Vaquez. 1. p. disp. 84. cap. 1. Contrarium nihilominus tenet P. Granado hic, tract. sexto, Disp. 4. num. 3.

*III.
Quo sensu
S. Thomas
negat Des-
iderium.*

Quando autem S. Thomas hic, q. 20. a. 1. ad 2. negat in Deo reperiri desiderium, tum quia desiderium est de bono non habito, tum ob imperfectionem quam hic affectus in se solet involvere: in primis tantum loqui videtur S. Doctor de deside-

rio boni proprii, ut rectè Vasquez & Tannerus citati, quod suprà num. primo diximus in Deo reperiri non posse. Quoad id quod addit de imperfectione, solum fortasse vult, desiderium quod in Deo est respectu boni creati, non esse nostro simile, in quibus desiderium plerumque cum anxiate quādam, & sollicitudine est conjunctum.

Circa actum odii, divisos inter se video Theologos, affirmantibus aliis, aliis negantibus, quod adhuc plus est, sacrarum literarum testimonia pro se utrifice afferentibus: sic enim Sapientia 11. v. 25. dicitur: *Diligis omnia qua sunt, & nihil odisti eorum qua fecisti.* Eodem verò libro, cap. 14. v. 9. Odium Deo ascribitur, sic enim habetur; *Odio sunt Deo impius, & impietas eius.* Malachia item primo, v. 3. dicit Deus, *Iacob dilexi, Esau autem odio habui.*

Notandum, odium esse duplex, abominationis, & inimicitie. Odium abominationis est dispernitia de objecto aliquo, dum quis illud averatur. Odium plex, inimicitie id dicitur, quo quis persona alicui vult malum, panæ scilicet inflictionem, aut quid tamen simile. De odio itaque abominationis, consentiunt omnes in Deo propriè reperi: verè enim peccatum, & illius intuitu peccator ei dispernit: quo sensu intelligendus est locus ille Sap. 14. proximè catus: *Odio sunt Deo impius, & impietas eius.* Ratio autem est, hic siquidem affectus nullam arguit in Deo imperfectionem, sed perfectionem potius, præficiens sicut enim rectæ ratione consonum est amare bonum, ita non est eidem disiforme, immo maximè est conforme averari & odire malum. Quare odium hoc modo sumptum, in Deo reperiri admittunt passim Theologi: Molina 1. p. q. 20. a. 1. Suarez hic, lib. 3. cap. 7. num. 5. Vaquez. 1. p. Disp. 84. c. 1. Granado Tract. 6. disp. 2. Tannerus d. 2. q. 10. dub. 2. n. 2. 4. & 5. Arriaga hic, d. 25. l. 4. n. 43. & alii. Circa

VI.
Odium inimicitia in Deo reperi-ri nascuntur.

Circa odium inimicitia in Deo reperiatur necne, variant auctores. Negat Ferrara lib. I. cont. Gent. cap. 96. Salas I. 2. tract. 9. Disp. I. sect. 2. Suarez citatus, & alii. Odium quippe inimicitia propriè dictum, est actus, quo malum quis alteri vult, quā malum, seu formaliter quia nocivum illi est, non quia volenti est bonum: Deus autem non hoc modo penam peccatoribus infligit, præcisè scilicet quia mala illis est, sed ex affectu justitia, & quia æquitas requirit, ut culpam pæna sequatur, & qui in hac vitâ divinam majestatem offendunt, post mortem plectantur. Vasquez verò hic, Disp. 84. cap. 3. Alarcon Tract. 3. Disp. 7. cap. 3. Tannerus proximè citatus, & alii affirmant in Deo odium inimicitia erga peccatores propriè reperiiri, cum quæ penam iis, quā illis mala est, post mortem infligere. Mihi nihilominus prior opinio videtur probabilius, Deum scilicet peccatores punire, non quia hoc illis malum est, sed quia universo bonum, Deoque honorificum; cuius nimurum dignitas postulat, ut laesa tanta maiestatis rei, pænas luant.

Alli odium inimicitia in peccatores Deo tribuitur.

Probabilis est, non dari in Deo odium inimicitia.

VII.
Mons S. Thomas circa arduum odii in Deo reperitur.

S. Thomas autem dum lib. I. contra Gentes, cap. 96. negat esse in Deo actum odii; hic verò q. 20. a. 2. ad 4. affirmit, nullo modo sibi est contrarius; in primo enim loco, vel solum negat Deo odium inimicitia strictè sumptum, vel ait non odisse eum peccatores præcisè ut naturæ rationales sunt; ut sic enim sunt boni, sed mèrè quā peccatores, quo nomine eos aversatur, iisque pænas jure illis debitas infligit.

VIII.
Scriptura testimonia de actu odii in Deo explicantur.

Hinc etiam facile conciliantur Scripturæ testimonia circa actum odii in Deo supra num. quartu posita: primus enim locus Sapient. II. ubi de Deo dicitur: *Diligis omnia que sunt, & nihil odist eorum que fecisti*: hoc, inquam, loco sermo tantum est de naturis rerum secundum se, que bona sunt: unde Gen. I. post rerum ferè singulararem creationem dicitur, *vidit Deus quid esset bonum*: ac tandem v. 31. additur, *Et vidit Deus cuncta, que fecerat, & erant valde bona*. Secundus autem locus: *Odo sunt Deo impius & impietas ejus*, intelligitur de peccato, quod Deus odit & aversatur. Quod etiam suo modo de loco illo Malachia dicitur.

IX.
Tristitia reperiens in Deo nullo modo patitur.

Qoad tertium, *Tristitia cadere in Deum nullo pacto potest*, utpote cum summâ felicitate, Dei propriâ, aperte pugnans: unde nec homo, nec Angelus in statu beatitudinis, illius capax est: & Christi in terris, in mortali corpore degentis anima, non nisi per miraculum dolore ac tristitia affici potuit, Deo ad humani generis redemtionem in hoc dispensante. Quare loca illa Scriptura, que dolorem Deo ascribunt, ut Gen. 6. v. 6. *Talitus dolore cordis intrinsecus*, &c. & ad Ephes. 4. v. 30. *Nolite contristare Spiritum Sanctorum Dei*. Hæc, inquam, & siqua sint hujusmodi, intelligi necessariò debent metaphorice, cum, ut vidimus, tristitia contra imperfectionem nequeat in Deo reperiiri. E contrâ verò, ubi Sacra Litera Deo *gaudium tributum*, intelligi possunt ac debent propriè, cum hic affectus Deum nullo modo dedecat.

SECTIO SECUNDA.

De ceteris affectibus Divinae voluntatis. Vbi etiam de intentione & electione.

I.
Agendum hic de offe-

EGIMUS de sex voluntatis affectibus, qui in nobis ad partem concupiscentib[us] pertinent:

R.P. Comptoni Theol. Scholast. Tom. I.

nunc de illis quoque agendum, qui spectare dicuntur ad irascibilem, nempe de *Spe, Desideratione, Audacia, Timore, & Ira*.

Bibus ad irascibilem spectantibus.

In primis itaque *Spem* in Deo reperiiri non posse, certum est: tum quia, ut ait Vasquez hic, Disp. 84. cap. 1. num. 3. actus spci respicit superiorem, seu potentioriem, à quo id tributar quod speramus; ex quo manifestum est, in Deo spem esse non posse, cùm is omnium supremus sit ac potentissimus. Tum præcipue, quia, ut docet S. Thomas, spes respicit bonum ardum, seu in cuius adptione, aliqua appareat difficultas, & ex naturâ suâ tendit ad superandam difficultatem: Deo autem nihil esse potest difficile. Et in hoc differt *Spes à Desiderio*, quod licet interdum feratur etiam in difficile, ex naturâ tamen suâ non tendit ad superandam difficultatem; hoc siquidem peculiariter ad irascibilem spectat, ad quam Spes pertinet, ut veretur circa res difficiles, vel eas superando, quod spci proprium est, vel succumbendo, & animum abiciendo, quod facit *Desideratio*, hoc nomine à Deo quâm longissime removenda.

Spes in Deo reperiiri nequit, quia respicit bonum ardum.

Audacia et Timor circa ardum versantur: illa supra vires aliquid aggreditur, qua de causâ dari in Deo non potest, cuius virtus res omnes, quantumvis difficiles, infinitis gradibus excedit. Timor verò est de malo, quod aliquâ ratione censet quis, aut saltē suspicatur sibi eventurum, quod infasoret de Deo cogitare. Licet autem Timor esse etiam queat de malo amicorum, nihilominus, ut rectè Vasquez citatus, num. 4. est de malo illo alterius apprehenso quasi esset proprium, quod in Deum cadere nullo modo potest. Adde, *Timorem*, ut dixi, circa ardum & difficile versari; Deo autem, ut ostensum est, nihil esse potest difficile.

Audacia & Timor esse nequeunt in Deo.

Denique circa *Iram*, inveniatur necne in Deo, non parva est inter auctores dissensio. Suarez hic, lib. 3. de Attrib. positivis cap. 7. num. 8. & Opusc. de Justitia Dei, sect. 5. initio, cum alii docet, *iram propriè sumptum in Deo reperiiri*, secutus Lactantium lib. de Ira Dei, cap. 5. Vasquez est contraria, I. p. Disp. 84. cap. 4. Granado hic, Tract. 6. Disp. 4. num. 7. Tannerus I. p. Disp. 2. q. 10. dub. 2. num. 8. Arriga I. p. Disp. 25. sect. 4. num. 43. & siqua negant *iram* strictè dictam esse in Deo, sed latò tantum modo, & metaphorice sumptum.

Sine Ira pro priè dictâ, in Deo, magna si inter Ira & ologos differunt.

Quæfionis hujus decisio ab eo pendet, in quo situs sit conceptus formalis *Ire*. Si enim vel perturbationem aliquam, vel dolorem includat, aut presupponat, ut volunt plerique ex antiquis, certum est in Deo reperiiri *iram* non posse, cùm haec manifestam in habente arguant imperfectionem. Sin autem, ut post Lactantium affirmit Suarez citatus, aliud nihil sit *ira* quâm appetitus ulciscendi, nulla hic involvitur imperfectione, nec quidquam Dei excellentiâ indignum.

In quo con-spectus essen-tialis con-ceptus sit.

Ita ergo partern magis propendeo, ut *iram* propriè & strictè sumptam in Deo reperiiri existimem: tum quia *iram* Deo toties divina litera attribuunt; tum quia nec dolorem, nec ullam per-

Probabilis est, iram pro priè dictam, in Deoreperi-riti.

turbationem (licet cum his in nobis ut plurimum semper reperiatur) in conceptu suo essentiali includit: sive S. Augustinus lib. 13. de Trin. cap. 16. *Ira Dei*, inquit, *nihil aliud est, quam justa vindicta*: in quo conceptu claram est nullam imperfectionem involvi. Unde S. Thomas hic, q. 20. a. 1. ad 2. non, alio modo *iram* Deo negat, nisi secundum perturbationem & alias imperfectiones, cum quibus in nobis *ira* contingit, quæ tamen de essentiali *iram* conceptu non sunt, ut vidimus, sed solus app-

Quæ sensus iram in Deo dari negat.

O titus